

ta si diluisti: inuidie vero glorię atque ambis-
tionis vehemens suspicio restat. Quispe si
dulcedine laudis non titillabare, cur tanto co-
natū resistebas C. Mario, ne tua statuavna cū
monumētis Bocchi regis tolleretur? Preter-
ea ut cum eodem, C. Mario iam minime ver-
bis contenderes verum etiam armis decer-
tares, profectio non concitabat amor reipubli-
ce conseruandæ, in qua nulla dum nubecula
tempestatis apparuerat: sed cum ingens am-
bitio, cum veteris odium & inuidia honorum
Marij, quod sinegas quicquam istarum rerū
tuum pectus inflammasset, planū facias opor-
tet, cur ægre ferebas bello Nihilridatico tibi
provinciā eripi Sulpitia rogationes: non dole-
bas tacito populi iudicio Marium anteferri,
quod aptior videtur, qui potētissimi regis
impetum reprimeret, bellumque periculosissi-
mū conficeret: siquidem recenti memoria
Iugurtham catenatum ante currum ægerat:
Cimbros & Theutones terribili marte vul-
tes cæciderat ad itermissionem, atque posthac
spes omnes ciuitatis in Mario fuerunt sitæ, ut
certius vrbis cōditor appellaretur, SyL. Tua
mihi Cesar imponit necessitatē interrogatio,
ut inuitus in hanc dissertationem descendā:
qua Marium vehementer affectū irsat scio,